

4238 fragmentum cippi marmorei.

11
CANDID · Q^{uaest. tr. mil}
LEG · III · FL · X · V^{ir. stl. iud.}
FETIALI · GAV
BASSILLA · SOP^{Ror et ...}
PROCVLA · FIL^{ia}
HEREDES · E^{X test}

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 a.

4239 cippus marmoreus.

HERENNIAE · M · F ·
HELVIDIAE · AEMILIANAE
L · CLAVDI · PROCVLI
CORNELIANI · COS
5 REGINAE SVAE · H · C · POSVIT
TI · CLAVDIVS TI · F · QVI ·
LIBERALIS AEBVTIANVS
EQVO PVBLICO PRAEF · FABR
TRIB · MIL · LEG · III · CYRENAICAE
10 DEC · CAES · COS · PR · CVM
CLAVDIA NECTAREA
VXORE

fuit ni fallor Ti. Claudii Liberalis, praefecti fabrum, equo publico ornati, cuius defuncti annorum XVI epitaphium habuimus supra n. 3624. — Aliquo modo adfines fuisse hos homines Aebutii alicuius Liberalis, fortasse eius ad quem Seneca dedit libros de beneficiis, cognomina Ti. Claudii Liberalis Aebutiani indicant.

Recognovit Gatti. Rossius misit nescio a quo descriptam. Ad ectypum edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 276.

Tam Herennia Helvidia Aemiliana quam L. Claudius Proculus Cornelianus ex hoc primum titulo innotescunt. — 5 h(onoris) c(ausa). — Qui titulum posuit Ti. Claudius Liberalis Aebutianus, equo publico ornatus, praefectus fabrum, tribunus militum, dec(urialis) Caes(arum) co(n)s(ulum) pr(aetorum) (pro decurialis unius ex decuriis quae Caesaribus consulibus praetoribus apparent) frater

4240 fragmentum cippi marmorei.

in latere sinistro

ONIO · FRVCTO · ET · C · CON
paterna

m. lo LLIO · D · F · D · N · VDI
paul L I N O · V A L E R I O
asiATICO · SATVRNINO · I^{lli uiro}
A · A · F · F · SALLIO · COLL^{ino}
5 pontIF · qVAESTORI · IMP · CAES^{aris}
P R A E T O R I

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 31.

M. Lollius Paullinus Valerius Asiaticus Saturninus consul fuit suffectus mense Iulio a. 93, teste privilegio militari huius Corp. vol. III p. 859. Pater ei fuit ni fallor D. Valerius Asiaticus consul designatus anno 69 (Tac. hist. 4,4 cf. Corp. VI, 1528), a quo etiam tribum Voltiniam habuit (oriundi enim erant Valerii Asiatici Vienna, cf. Tac. ann. 11,1, cuius urbis cives in illa tribu censebantur), in nomen autem adsumptus est a M. Lollio aliquo Paullino, adfines sine dubio Lolliae Paullinae, uxoris quondam Gai principis, interfectae a. 49 (Tac. ann. 12,22).

4241 fragmenta complura eiusdem basis marmoreae.

L · N
TIO · L · F
COS

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 f et p. 153.

4242 basis magna marmorea.

P · MANILIO · P · F
G A L · V O P I S C O
VICINILLIA^{no}
L · ELVFRIO · SEVERO · I^{lio}
5 QVADRATO BASSO · COS
PONTIF · FLAMIN · PRAET
QVAESTORI · DIVI · TRAIANI
PARTHICI · TRIB · MIL · LEG
III · SCYTHIC · III · VIR · A · A · A
10 F · F · SALIO · COLLINO · CVRAT
FANI · HERC · VICT ·
N · PROSIVS · PLATAN^{vs}
CVM · MANILIA · EVTYCH^{ia}
VXORE · ET · VIBIA · VICINILL^{a?}
15 ET · MANILIS
VOPISCIANO ET ATTICO LIBE^{ris}
SVIS

Descripsit Gatti, recognovit Hirschfeld. *Notizie degli scavi* 1887 p. 151.

Consul ordinarius anni p. C. 114 (Orell. 3786), filius puto Manilii (Manli- traditur) Vopisci cuius villam Tiburtinam Statius carmine III libri I uno die descripsit (Stat. praef. ad silv. I) villaeque illius heres. — 6 cuius dei flamen fuerit Vopiscus, latet.

4243

q. MARCIO
TVR^{oni}
froNTONI · PVBLIC^o · SEVERO
S · DONIS · DONATO
HCO

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 152. Notus praefectus praetorio Hadriani (vit. Hadr. 6. 7; Dio 69,18). Nomina v. 3 supplevi ex titulo eius Dacico Corp. III, 1462.

4244 fragmentum basis marmoreae.

p. M V M M I O · P · F gal
s · SENNAE · RVTIL^{iano}
COS · AVGVRI · PROCOS · P^{rou}
as IAE · LEGATO · AVG · PR · PR^{moesia}
5 sup^{er}IORIS · PRAEF · ALIMEN^{t. per}
aemilia^m · PRAEF · AER · SATVRNI^{leg. leg}
ui VICTRIC · PRAETORI · TR^{ib. pleb.}
quaest. TRIB · LEG · V · MACED · X^{uiro}
stl^{it.} · IVDICANDIS · PATRON^o
10 munic. VR · FANI · H · V ·
senat^{vs} · POPVLVSQVE · T^{iburs}

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 29.

Eiusdem cuius est titulus supra n. 3604 positus ab Herculaniis Augustalibus.

4244 a fragmentum tabulae marmoreae.

TLI · KV
PRO · CO
NI · S

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 k.

4245 fragmenta complura cippi marmorei.

L · V I P S T A N I O · L · F
c L · P O B L I C O L A E
MESSALAE · I^{lli uiro?}
sa^{HO CO} · I^{llino}

Descripsit Gatti, qui fragmenta duo maiora edidit disiuncta *Notizie degli scavi* 1887 p. 31 g et h, coniunxit a me monitus et tertium addidit ib. p. 153.

L. Vipstanus (Poplicola?) cos. fuit ordinarius a. 48, C. Vipstanus Poplicola nominatur in albo sacerdotum Corp. VI, 2002 anno 63, Vipstanus Messalla tribunus militum a. 69 notus est ex Taciti dialogo et historiis, L. Vipstanus (vel Vipstanius) Messalla cos. fuit ordinarius a. 115, L. Vipstanus Messalla Vipstani Messalae consularis filius est in titulo Attico Corp. Att. III, 621 (eph. ep. 1 p. 250), L. Vipstanus L. f. Cl. Publicola Messalla quattuorviratu Gabiis functus est a. 140 teste titulo supra edito n. 2795. Ab hoc (illorum sine dubio subole) non videtur diversus fuisse is cui hic Tiburtinus titulus positus fuit. — 4 supplevit Gatti.

4246

au^{GVRI Regi sacrorum}
pra^{E T O R i quaest candid.}
imp. CAESARIS

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 l.

Supplementa quae adscripti si recte inventa sunt, fragmentum pertinuit ad eundem Cn. Pinarium Severum cuius est titulus supra n. 3604. Ceterum quae illum posuit Cornelia Manli[ana?] non uxor Pinarii videtur fuisse, sed mulier Tiburtina, fortasse una ex virginibus Vestalibus.